


Ovid, *Metamorphosen* 10,247-297 (Pygmalion)

Der Bildhauer Pygmalion findet auf seiner Heimatinsel Zypern keine passende Frau und beschliesst, ehelos zu bleiben. Als er eines Tages jedoch eine wunderschöne Frauenskulptur erschafft, verliebt er sich in die eigene Statue:



Jean-Léon Gérôme,
Pygmalion und Galatea (1890)

- 247 Interea niveum¹ mirā feliciter arte
sculpsit² ebur³ formamque dedit, qua femina nasci
nulla potest, operisque sui con-cepit amorem.
- 250 Virginis est verae facies⁴, quam vivere credas,
et, si non ob-stet reverentia⁵, velle moveri:
ars adeo latet⁶ arte suā. Miratur et haurit⁷
pectore Pygmalion simulati⁸ corporis ignes⁹.
Saepe manūs operi temptantes¹⁰ admovet, an sit

¹ niveus, a, um: weiss

² sculpere, sculpsi, sculptum: schnitzen

³ ebur, eboris n: Elfenbein

⁴ facies, ei f: Gestalt, Aussehen

⁵ reverentia, ae f: Scheu

⁶ latere, laeto, latui, -: verborgen sein

⁷ haurire, haurio, hausii, haustum: schöpfen, in sich aufnehmen

⁸ simulare: nachahmen, nachbilden

⁹ ignis hier: Liebesglut, Liebe

¹⁰ temptare: betasten, prüfen

255 corpus an illud¹¹ ebur¹², nec adhuc ebur esse fatetur¹³.

Oscula¹⁴ dat reddique putat loquiturque tenetque

et credit tactis digitos insidere membris

et metuit, pressos veniat ne livor in artūs,

et modo blanditias¹⁵ adhibet, modo grata puellis

„und er glaubt, dass sich seine Finger in den berührten Körper eindrücken und fürchtet, dass blaue Flecken an den (von ihm) gepressten Gliedern entstehen“

260 munera fert illi: conchas¹⁶ teretesque lapillos¹⁷

et parvas volucres¹⁸ et flores¹⁹ mille colorum²⁰

liliaque²¹ pictasque²² pilas et ab arbore lapsas

Heliadum lacrimas²³; ornat quoque vestibus artūs²⁴,

dat digitis²⁵ gemmas²⁶, dat longa monilia²⁷ collo;

265 aure leves baccae, redimicula pectore pendent:

cuncta decent²⁸; nec nuda minus formosa²⁹ videtur.

„am Ohr hängen zarte Perlen, an der Brust Geschmeide“

Collocat hanc stratis conchā Sidonide tinctis³⁰

¹¹ illud = opus

¹² ebur, eboris n: Elfenbein

¹³ fateri (Deponens): sich eingestehen

¹⁴ osculum, i n: Kuss

¹⁵ blanditia, ae f: Schmeichelei

¹⁶ concha, ae f: Muschel

¹⁷ teretes lapilli: geschliffene Steinchen

¹⁸ volucris, is f: Vogel

¹⁹ flos, floris m: Blume

²⁰ mille colorum: von tausend Farben (Gen. qualitatis)

²¹ liliū, i n: Lilie

²² pictus, a, um: bemalt

²³ lacrima Heliadum: Träne der Heliaden (=Bernstein: Anspielung auf die Metamorphose der Heliaden: diese haben sich aus Trauer in Bäume verwandelt, und die Tränen dieser Bäume wurden zu Bernstein)

²⁴ artus, us m: Gelenk, Glied

²⁵ digitus, i m: Finger

²⁶ gemma, ae f: Edelstein

²⁷ monile, monilis n: Halsband, Kette

²⁸ cuncta decent: alles steht (ihr)

²⁹ formosus, a, um: schön

³⁰ stratis concha Sidonide tinctis: „auf Decken, mit sidonischem Purpur gefärbt“

appellatque tori³¹ sociam adclinataque³² colla
mollibus in plumis³³, tamquam sensura, reponit.

270 *'Festa dies Veneris totā celeberrima Cypro
venerat, et pandis inductae cornibus aurum
conconsiderant ictae nivea cervice iuvencae,
turaque fumabant, cum munere functus ad aras
constitit et timide "si, di, dare cuncta potestis,*

„Der Feiertag der Venus, der auf ganz Zypern am meisten
gefeiert wurde, war gekommen, und die Opferkühe, deren
krumme Hörner Gold überzog, waren, in den schneeweissen
Nacken getroffen, niedergestürzt, und die Weihrauchkörner
dampften, als Pygmalion, nachdem er die heilige Pflicht
erfüllt hatte, zu den Altären trat und schüchtern sprach: “

275 *sit coniunx, opto," non ausus <est> "eburnea virgo³⁴"
dicere, Pygmalion "similis mea" dixit "eburnae <virgini>."
Sensit, ut³⁵ ipsa suis aderat Venus aurea festis³⁶,
vota quid illa velint et, amici numinis omen,
flamma ter accensa est apicemque per aera duxit.*

„als Zeichen der gewogenen Gottheit, führte sie (Venus) drei
Mal eine entzündete züngelnde Flamme durch die Luft.“

280 *Ut rediit³⁷, simulacra suae petit ille puellae
incumbensque³⁸ toro³⁹ dedit oscula: visa tepere⁴⁰ est;
admovet os iterum, manibus quoque pectora temptat:
temptatum mollescit⁴¹ ebur⁴² positoque rigore
subsedit digitis ceditque, ut Hymettia sole*

„nachdem es seine Starrheit verloren hat, weicht es zurück
und gibt den Fingern nach, wie Wachs vom Hymettus-
Gebirge an der Sonne geschmeidig wird, und sich - durch
den Daumen bearbeit - in viele Gestalten formen lässt und
gerade durch die Bearbeitung formbar wird.“

³¹ torus, i m: Lager, Bett

³² acclinatus, a, um: geneigt

³³ pluma, ae f: Feder

³⁴ eburnea virgo: das elfenbeinerne Mädchen

³⁵ ut + Ind.: hier: da, weil

³⁶ festum, i n: Fest

³⁷ rediit: Subj. = Pygmalion

³⁸ incumbere, incumbo, incubui, incubitum (+Dat.): sich legen auf

³⁹ torus, i m: Bett

⁴⁰ tepere, tepeo, tepui, -: warm sein

⁴¹ mollescere: weich werden

⁴² ebur, eboris n: Elfenbein

285 *cera remollescit tractataque pollice multas*

flectitur in facies ipsoque fit utilis usu.

Dum stupet⁴³ et dubie gaudet fallique veretur,
rursus amans rursusque⁴⁴ manu sua vota retractat⁴⁵.

Corpus erat! Saliunt⁴⁶ temptatae pollice⁴⁷ venae⁴⁸.

290 Tum vero Paphius⁴⁹ plenissima concipit⁵⁰ heros
verba, quibus Veneri grates agat⁵¹, oraque tandem
ore suo non falsa premit ; dataque oscula virgo
sensit et erubuit⁵² timidumque⁵³ ad lumina⁵⁴ lumen
attollens pariter cum caelo vidit amantem.

295 Coniugio⁵⁵, quod fecit, adest dea, iamque *coactis*
cornibus in plenum noviens lunaribus orbem
illa Paphon genuit, de qua tenet insula nomen.

„nachdem die Hörner des Mondes
neunmal zur vollen Scheibe sich gerundet haben“
gerundet haben“

⁴³ stupere, stupeo, stuoui, -: staunen

⁴⁴ rursus rursusque: wieder und wieder

⁴⁵ sua vota retractare: sein Wunschbild erneut prüfen

⁴⁶ salire: springen, pochen

⁴⁷ pollex, icis m : Daumen

⁴⁸ vena, ae f : Vene, Ader

⁴⁹ Paphius heros: der Held aus Paphos (=Pygmalion)

⁵⁰ concipere: ~ capere

⁵¹ grates agere: Dank sagen

⁵² erubescere, erubesco, erubui, -: erröten

⁵³ timidus, a, um: scheu

⁵⁴ lumen hier: Auge

⁵⁵ coniugium, i n: Ehe